

P E T R V S  
M A R T R E S I V S I V -  
R E C O N S .

A D L . V E T E R I B V S .  
De partis. ff.

Eiusdem in aliquot Iurecons.  
locos Notæ.



P A R I S I I S

Venient in Palatio regio, quā ad Cancella  
riam itur, atque ad D. Hilarij in ædibus Al-  
breticis, apud Vincentium Serrenas.

Cum Priuilegio.

1 5 5 1.

# AMPLISSIMO VIRO

LEONARDO CAZELLANO

Cadurcorum propræfidi dignissimo,

Petrus Martresius

S.



ST hoc in more posi-  
tum, qui quotidie ma-  
gis ac magis inuale-  
scit, & quicquid Propre-  
ses, ut qui lucubrationes suas in lu-  
cem dant, magnis eas nuncupent  
nominibus, quo tutius ancipitem  
alcam iudiciorum subeant. A quo  
more discedendum mihi non fuit,  
neque prodeundum in nasutissi-  
mum ætatis nostræ theatrum, ab  
hominum præsidiis nudo atque  
destituto. Satis enim sciebam non  
defuturos qui primos ingenij no-  
strí fœtus, dente Theonino (vt di-  
citur) roderent, & si nihil aliud,  
ætatem certemihī obiicerent, &

# PETRI MARTRESII

IVRECONSULTI CADVRGEN-

*sis ad l. veteribus. De Pactis. ff.*



ACTVRVM me operæ-  
precium existimauit, si in gra-  
tiam eorum qui cum nondum  
ius nostrū attigerint, Iurecon-  
sulti fieri volunt, spinosis qui-  
busdam vocabulis lumen cla-  
rissimæ interpretationis adferrē, priusquam  
nostra vterius progredetur oratio: quan-  
do ex vi intellectuque verborum, in omni di-  
sciplinarum genere oporteat initium duci.  
Nam aliter si fieret, nō vnum aut alterum, sed  
plura inde consequerentur incommoda: cum  
enim verborū prior, rerum posterior sit cogni-  
tio, si verba negligantur, inde rerum incerti-  
tudo nascetur: rursus incertitudo neglectum  
pariet, vt tandem neque res, neque verba ipsa  
teneamus. Quod fit vt nostri Iureconsulti ti-  
tulum de verborum significatione, & de lega. a Oldedorp.  
in progymnas  
iij. pandectis nostris inseruerint. Hic tamen mat. ad. fe-  
coniicio non defuturos aliquos, nimirum for ren.  
mularios aut leguleios, qui nostram hanc ver  
borum interpretationē, sinistre sint acceptu-  
ri: his accessuros tabulas alios, qui nullam iu-  
tis ciuilis partem sanctiorem, magisque suspi-  
ciendā putent, ea quæ Crœsos aut Midas red-  
dere possit. Ego tamen exemplo Iureconsul-

A

directa potius ei actio mandati competit: quæ sententia utilitati rerum est consentanea, seu quod propter utilitatem receptum est.

LVTETIÆ PARISIORVM EX-  
CVDEBAT GUIL. MORELIUS  
IACOBO KERVER ET VIN-  
CENTIO SERTENAS. ID.  
DECEMB. M. D. L.



